

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Kleinschmidt

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Kleinschmid ... Ad  
Exequias quas ... Dn. Volrado Preen/ Dn. Haereditario in Woldt/ filio carissimo  
mater moestissima Hodie ... paratas cupit, Omnes omnium ordinum cives  
Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772089051>

Druck    Freier  Zugang



**Kleinschmid, J.,**

in

**V. P r e e n.**

Rost. 1638.

27.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn772089051/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772089051/phys_0004)

DFG

# PROGRAMMA

Quo

Rector Universitatis Rosto-  
chienensis

JOHANNES KLEIN-  
SCHMID, J. U. D. & P.

AD EXEQUIAS

quas

NOBILISSIMO & STRENUO

Dn. VOLRADO Preer/

Dn. Hæreditario in Boldt/ filio  
carissimo mater moestissima.

Hodie hora media tertia in templo S. Jacobi  
paratas cupit,

Omnis omnium ordinum cives Academicos Stu-  
diosè invitati & hortatur.



ROSTOCII, smilissimo

Literis NICOLAI KILII, Acad. Typograph.

ANNO M DC XXXVIII.



**V**ro generis nobili-  
tatem conferre solemus, gemmæ  
vel unioni precioso virtutem.  
Cum ergo nobilitati generis vir-  
tus conjuncta est, quasi pretiosum armillum,  
aut aliud cimelium ex auro puro, & gemma pre-  
tiola conjunctum illam prædicare, venerari &  
admirari consuevimus: Qualem conjunctio-  
nem virtutis & generis fuisse judicamus in Viro  
Nobilissimo, & strenuo Dn. VOLRAD Preen  
auff Woldt. Hæreditario, cui in ætatis flore piè  
defuncto hanc operam navamus. Is in hanc  
lucem editus est, & natus ex perversta, Nobilis-  
simaq; profapia: utriusq; linea paternæ, &  
maternæ der Preen & Viereggen/ Anno 1596. die  
28. Martij. Pater ei fuit Nobilissimus & Stren-  
nuus p. m. Vir Claus Preen/ Consiliarius Duca-  
lis in Pomerania, hæreditarius in Woldt. Mater  
vero Nobilissima, honestissima, & virtutibus  
ornatissima foemina Dn. MARGARETA  
Viereggen/ de domo Rossevitz. Avus paternus  
fuit

fuit Nobilissimus Dn. V O L R A D Preen/Du-  
calis Megapolitanus & Brunsvicensis Consilia-  
rius hæreditarius in Woldt. Avia paterna Dn.  
ANNA Molzhan ex antiqua stirpe der Molzhan/  
de domo Schörsow. Proavus unus paternus fuit  
Glaß Preen/Consiliarius Ducalis Brunswigius  
dominus Hæritarius in Wolderumb. Proavia  
una paterna ANNA Hahnen/de domo Basedow.  
Proayus alter paternus Berndt Molzhan/hære-  
ditarius in Schörsow. Proavia altera parerna  
ANNA von Bülow de domo Gartow. Avus  
maternus fuit M A T T H I A S Bieregge/hæredita-  
rius in Rossevitz. Avia materna Adelheid Leve-  
zowen/de domo Lünow. Proavus unus mater-  
nus VICTOR Bieregge/hæreditarius in Rosse-  
vitz. Proavia una materna ANNA von Schwerin  
de domo Spantkow. Proavus alter maternus  
Achim Levezow/Hæreditarius in Lünow. Altera  
proavia materna ANNA Smeker de domo Wö-  
stenselde. Cæteri majores lineæ paternæ sunt.  
Die von Quistorpen/Die von Alvesleben/Die von  
von Breden/ Die von Bülowen. Lineæ mater-  
næ. Die von Rostorff/ die von Hahnen/ die  
Moltken/ die von der Lühen. Hæc utrinq; an-  
tiquissimi, & Nobilissimi generis series est, quam  
auro comparavimus, nunc de gemma dicemus,  
quæ huic auro inclusa fuit. Primum igitur, ut

in hujus lumenis oras prodij, regeneratus est in  
Baptismo per aquam & Spiritum S, ut à prima  
pueritia ad pietatem in timore Dei eductus, si-  
mul ad virtutes Christiano & nobili genere di-  
gnas diligenter à parentibus & magistris institu-  
tus & assuefactus est. Cum jam adolesceret, &  
initia linguarum atq; artium percepisset medio-  
criter, in gleba & foco paterno, quod ajunt, diu  
detentus non fuit, sed undecimo ætatis anno u-  
nâ cum fratre natu minimo Nobilissimo MAT-  
THIA Preen / ad benè copta studiorum initia  
persequenda in Borussiam est dimissus, ubi gna-  
viter præstiterunt, quæ jussi erant, & conce-  
ptæ existimationi satisfecerunt toto septennio,  
quod in studijs transegerunt. Jam apti videbâtur  
hi fratres, qui positis fundamentis majorem  
virtutis & eruditionis imponerent structuram:  
Hoc igitur, ut eo felicè eveniret, primo Lugdu-  
num in Batavis profecti sunt, hinc Lovanium  
Brabantiae petiverunt, ubi substiterunt aliquan-  
diu, & occasione data in Angliam navigantes,  
eamq; perlustrantes, Lutetiam Parisiorum con-  
tenderunt; ubi cum negotium suum exegisse  
gnaviter, & cæteras Galliæ provincias, ac loca  
celebriora vidissent, in Italiam profecti sunt, &  
celeberrima ejus quoq; loca, Venetias, Floren-  
tiam

tiam, Senas, Patavium, regnum Neapolitanum,  
& præcipuas in ea provincias, atq; urbes pera-  
grantes, quæ observatione digna erant diligen-  
ter annotarunt, & ad fructum itineris retule-  
runt. Neq; loca solum oculis usurparunt, sed  
mores quoq; hominum cognoverunt, linguas,  
Gallicam, & Italicam ita didicerunt, ut ijs prom-  
ptè uterentur, exercitijs equestribus assiduè o-  
peram darent, ut peritiam laudabilem assequen-  
tentur. Nec Juris interim studia neglexerunt  
utriusq; illius Publici & Privati, ut abundè te-  
stantur dissertationes ac discursus passim, in au-  
lis apud Principes & alios magnates instituti at-  
que laudabiliter habiti. Cum ergo toties qua-  
tuordecim annis in hac peregrinatione essent  
versati, regna extera, provincias ac terras, euri-  
fo, ac studio itinere perspexissent, atq; co-  
gnovissent, autoritate & vocatione materna  
reditum per Germaniam adornarunt, cuius ob-  
biter præcipuas aulas Electorales, Ducales Ac-  
ademias quoq; & urbes inspicerunt, atq; ita do-  
mum reversi studuerunt. Interim fratrum na-  
tu minor, MATTHIAS Prene / peculiari qua-  
dam cupiditate ductus est videndi aulam Cæ-  
faream, quæ erat Vienna Ariorum, sed ar-  
denti morbo impeditus, prius ex hac vita dis-

cessit, ac meliori peregrinatione in aulam cœ-  
lestem transmigrans, illam terrestrem omittere  
coactus est. Hunc fratris dilectissimi obitum  
plane immaturum, frater major VOLRADUS  
ægerrimè tulit. Cum enim arctissimo nodo  
primum ipsius naturæ, deinde societatis litera-  
riæ, tum comitatus itinerarij per tot annos, a-  
mor ille fraternus in generosis animis constri-  
ctus esset, ac firmatus, mirum nihil est, si non si-  
ne vehementi sensu doloris, ista tam violenta dis-  
ruptio contingere potuerit, quæ, ex quo pri-  
mum coaluerat, nunquam & nuspian interrup-  
ta, omnium in se notorum benevolentiam, &  
ad plausum concitatavit, & in his fratribus, verum  
illud esse testata est, quod à regio vate perhibe-  
tur: Ecce quam bonum & jucundum fratres  
unanimes & concordes cohabitare. Haud mi-  
norem vero, ex ista tam grandi & gravi plaga  
dolorem persensit mater: Nam & inspectata  
inferebatur, & filius non flore tantum, futuram  
virtutem promittebat, sed fructus jam præsen-  
tes maturos edebat: matri spem faciebat futuri  
solatijs & gaudijs, quod ex se suisq; virtutibus ca-  
ptura esset. Hæc ergo spes cum decollaret quid  
aliud, quam ingentem dolorem excitare poterat:  
Restabat tamen hic VOLRADUS major fi-  
liorum,

liorum, in quem, quicquid spei reliquum erat,  
recumbebat. Cum enim ipsa mater in vidua  
vita jam septendecim annos transegisset, & ma-  
terna tutoriaq; fide liberorum bona non sine  
magno labore, sollicitudine ac diligentia fideli-  
ter administrasset hic V O L R A D U S filius,  
qui suis bonis jam per se præesse poterat, mater-  
nam administrationem ex gratitudine, quæ fi-  
lium decebat, agnovit & prædicavit, nec ipsam  
a se tanquam veterem ejus curæ & prudentem  
matrem familias dimisit, & vicissim honorem  
& amorem debitum ei detulit, & filiali cultu  
prosecutus, unicum ei hujus quidem seculi so-  
latium extitit. Nec minori lætitia fuit, quod  
filius propter pietatem, morum elegantiam,  
virtutis cultum apud omnes notos ac familia-  
res in summo pretio fuit ita ut Illustrissimus,  
Reverendissimus ac Celsissimus Princeps ac  
Dominus, Du. JOHANNES ALBERTUS p.m.  
Dux Megapolitanus, Coadjutor Episcopatus  
Ratzeburgensis &c, ei, cuius virtutes ac pru-  
dentiam aliasq; dotes jam cognoverat, perspe-  
ratq;, plus semel Consiliarius provincialis  
dignitatem detulerit, quam tamen ille delatam  
excusatione modesta usus, propter causas ipsi  
cognitas accipere recusavit. Artem Oecono-  
micam

micam pulchre callere visus est , dum bona-  
sua non tantum administravit laudabiliter &  
honeste , sed etiam ampliora reddidit. Ut  
enim boni politici est ex parva civitate magnam  
reddere : Ita boni Oeconomi studere solent  
rei augendæ , non quidem illegitimis & ini-  
quis rationibus , quæ cum maximo damno &  
incommodo conjunctæ sint, sed ijs, quæ fruga-  
litatis, temperantia, parsimoniae honestæ, fidelis  
culturæ & vigilantis inspectionis exempla po-  
stulent, subditisque præferant. His enim non  
hoc modo solum præerat, sed & comitate, leni-  
tate, benignitate patrem ijs præstabat mitem po-  
tius, quam severum dominum : A quibus vicis-  
sim patris honorem, cultum & amorem conse-  
cutus fuit. Nec solum eo tempore talen se præ-  
buit subditis , quo licebat cuiq; suum agrum  
colere, suam domum servare, suas res agere, sed  
& postea , cum alia omnia fierent, cū agris ejice-  
rentur coloni, ferro & flamma vastarentur vil-  
læ, pagi, urbes, greges & armenta abigerentur,  
mactarentur , omnia sursum deorsum ferren-  
tur, præter vastitatem nihil relinquatur. Cum  
enim ista fortuna sanç calamitosissima , suos  
quoq; subditos premi & vexari intellexisset,  
non gemitu solùm suum testatus est erga eos  
ad-

est adfectū, sed & media hyeme, & ea inclemē-  
ti, subditorum causa periculōsum iter ingressus  
est, ut quantum posset, ope, consilio, fide sua ijs  
subveniret, ac levamentum calamitatis adferret.  
Et quidem attulit, quantum rei atrocitas & ca-  
lamitatis magnitudo admittere potuit, nec sine  
suo detimento ac valetudinis dispendio. Cum  
enim præsens videret majorem istam calami-  
tatem, quam vel miseri subditi sustinere, vel  
ipse ab ijs avertere posset, tantum inde animi  
concepit moerorem, ut nonnihil etiam corporis  
vires & valetudinem adfligeret, cui ut consul-  
tum iret, eodem vitæ periculo reversus est in ur-  
bem, quo exierat, & pro rei necessitate Medico  
accersito se suamq; valetudinē curandam com-  
misit. Id ille quidem sedulo fecit ac diligenter,  
nec in arte sua quid quam deesse passus est, quin  
omnia solertissime faceret, quæ morbi vis po-  
stulabat: Tamen violentior ista fuit, & majora  
incrementa cepit morbus contumax, ut vir pius  
facile animadverteret, finem sibi hujus ærumno-  
fæ vitæ imminere; cum jam fere octiduo decu-  
buisset. Nihiligitur prius faciendum sibi puta-  
vit, quam ut cum Deo in gratiam rediret, ejus  
clementiam imploraret, ab eo remissionem pec-  
catorum precibus pijs posceret. Etenim inme-

B

moriām

moriā libi revocabat passionem, sanguinem,  
mortem, resurrectionem unī Redemptoris,  
hinc sibi absolutionem à peccatis certa fide pro-  
mittebat, tamque sacræ Synaxeos usu ut con-  
firmare posset, fatagebat ac desiderabat; Cujus  
desiderij sui compos quoq; factus est tertio die  
Februarij, & administrante negotium Superin-  
tendente Dn. CONSTANTINO FIDERO, hoc  
tanquam viatico instructus viam omnis carnis  
ingredi cœpit, quam sequenti die nimirū quar-  
to Februarij absolvit, ac postquam Ecclesiam  
Woldensem suo patrocinio subjectā nō exiguo  
legato donasset ac ornasset, atq; animā suam Re-  
demptoris ac Servatoris sui manibus Dn. IESU  
CHRISTI latina lingua commendasset, placido  
somno consopitus exspiravit. Deus, qui vires &  
robur suum ostendit in excitando filio Iesu  
Christo, hujus quoq; corpus magno illo ac de-  
cretorio die una cum omnibus electis ad vitam  
æternam exsuscitet, quod pio & Christiano vo-  
to omnes ex animo precamur. Matri autem vi-  
duæ superstiti, senio ac lacrūmis confectæ, quid  
precabimur? Efficacissimam Sancti Spiritus præ-  
sentiam atq; consolationem, ut paternam Dei  
providentis voluntatem agnoscat, coelestis pa-  
tris vocationi obsequentem filium permittat,  
nec

nec suum, quod brevi peritum fuisset, gaudium  
illi æterno, quo jam filius fruitur, præferat. Cer-  
tissimum est, quod jam totis quadraginta duobus  
annis, tot enim vixit, percepit, hujus memoria  
animum suum recreet, quod filium habuerit pie-  
tate erga Deum & parentes insignem, virtutum  
nobilissimo ornatu præditum, bonis gratum,  
subditis desiderabilem, jucundam sui memo-  
riam post se relinquenter. Cornelia mulier no-  
bilissima, filia Scipionis, mater Graecorum, filios  
duos virtute & prudentia præstantissimos, vio-  
lenta morte cæsos cum amississet, tantam animi  
præse tulus magnitudinem, ut filiorum suorum  
virtutes non luctu & lacrimis, sed laudibus &  
encomijs prosequeretur, adeo, ut quibusdam  
amens vel senio, vel magnitudine clodium vi-  
deretur: At hi amentes erant & stupidi: Cum  
ignorarent, quantum ex præclara indole, bonis  
natalibus ac disciplina momenti ad mœrorem  
pellendum hominibus accedat. Hanc Roma-  
nam nobilem, cur non imitetur hæc vidua duo-  
bus filijs superstes? Illius filij violenta & crue-  
ta morte interibant, hi naturali, pia & placida:  
Illam fortem cum illa veri Dei ignara magno  
animo tulerit, quidni hæc cum certa spe resur-  
rectionis conjuncta forti & Christiano animo  
fer-

ferri possit? Eandem sibi cōsolationem applicabit soror hujus beati nostri mōestissima, nobis  
lissima foemina Adelheid Preen/ Marschalli provincialis, Nobilissimi & Strenui Viri Dn. Claus  
Hahnen / Hæreditarij in Basedow conjunx dilectissima, quæ & ipsa ex hoc dilectissimi fratris  
obitu in luctu gravissimo versatur, Deus Opt.  
Max, tutor viduarum summus utramq; suo al-  
loquio consoletur efficacissimè, ut providen-  
tiam ipsius diuinam agnoscant, venerentur, eiq;  
sc, ut Christianas & pias matronas decet, vera fi-  
de submittant. Sed nos, Cives Academicici, vi-  
rū tam antiqua generis nobilitate ornatū,  
tam exitia virtute præditum, nostri ordinis de-  
cūs & fautorem quidni debito honore mor-  
tuū afficiamus, quod vivo præstare non po-  
tuimus? Postulat ille à nobis tanquam  $\mu\sigma\tau\chi\rho\sigma$   
extremū honorem exsequiarum, hunc illi fre-  
quentes exhibeamus, Vitio nobis vertatur, non  
facere: quod idiotæ  $\mu\sigma\tau\chi\rho\sigma$  faciunt, non faciant  
literati. Adeste ergo frequentes hora media  
tertia in templo Mariano, & Provinciam, Aca-  
demiam, civitatem Deo commendate, mortali-  
tatem animarum commemorantes, P.P.Ro-

stochij, 5. April. Anno 1638. Sub  
Sigillo Rectoratus.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn772089051/phys\\_0018](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772089051/phys_0018)


DFG





tiā, Senas, Patavium, regnum Ne  
& p̄cipuas in ea provincias, atq;  
grantes, quæ observatione digna e  
ter annotarunt, & ad fructum it  
runt. Neq; loca solum oculis usu  
mores quoq; hominum cognover  
Gallicam, & Italicam ita didicerun  
pt̄ uterentur, exercitijs equestrib  
peram darent, ut peritiam laudab  
rentur. Nec Juris interim studia  
utriusq; illius Publici & Privati,  
stantur dissertationes ac discursus  
lis apud Principes & alios magnat  
quelaudabiliter habiti. Cum en  
tuordecim annis in hac peregrin  
versati, regna extera, provincias a  
fō, ac studioſo itinere perspexi  
gnovissent, autoritate & voca  
reditum per Germaniam adorna  
biter p̄cipuas aulas Electorales,  
demias quoq; & urbes inspexerū  
mum reversi studuerunt. Interi  
eu minor, MATTHIAS Prene/  
dam cupiditate ductus est vide  
faream, quæ erat Vienna Austr  
denti morbo impeditus, prius

A 3



the scale towards document